

Saint Jean Léorardi, confesseur

Mercredi 9 octobre 2024

○ 3ème classe

INTROÏT *Ecclésiastique 42, 15-16*

In sermónibus Dómini ópera eius : sol illúminans per ómnia respéxit, et glória Dómini plenum est opus eius. **Ps. 95** Cantáte Dómino cánticum novum : cantáte Dómino, omnis terra. **V.** Glória Patri.

Des paroles du Seigneur émanent ses œuvres ; le soleil les éclaire et les contemple toutes, et l'œuvre du Seigneur est remplie de sa gloire. **Ps. 95** Chantez au Seigneur un cantique nouveau ; chantez au Seigneur, toute la terre. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui beátum Ioánnem Confessórem tuum ad fidem in géntibus propagándam mirábiliter excitáre dignátus es, ac per eum in erudiéndis fidélibus novam in Ecclésia tua famíliam congregásti : da nobis fámulis tuis ; ita eius institútis proficere, ut præmia consequámur æténa. Per Dominum.

Ô Dieu, qui avez daigné susciter merveilleusement le bienheureux Jean, votre confesseur, pour propager la foi parmi les païens, et qui avez rassemblé par lui dans votre Église une nouvelle famille pour l'instruction des fidèles ; donnez à vos serviteurs que nous sommes de si bien profiter de ces institutions, que nous obtenions les récompenses éternelles. Par...

Mémoire des saints Denis, Rustique et Éleuthère.

Deus, qui hodiérna die beátum Dionýsium, Mártyrem tuum atque Pontíficem, virtúte constantiæ in passióne roborásti, quique illi, ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es : tríbe nobis, quæsumus ; eórum imitatióne, pro amóre tuo próspéra mundi despícere, et nulla eius advérsa formidáre. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui en ce jour avez donné force et constance dans sa passion au bienheureux Denis, votre évêque et martyr, et avez daigné lui associer Rustique et Éleuthère pour prêcher votre gloire aux nations : accordez-nous, nous vous en prions, de mépriser à leur exemple et par amour pour vous les succès du monde, et de ne craindre aucune adversité. Par...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Corinthiens II. 4, 1-6 ; 15-18*

Fratres : Habentes administratióne*m* iuxta quod misericórdiam consecúti sumus, non defícimus, sed abdicámus occúlta dedécóris, non ambulánte*s* in astútia, neque adulteránte*s* verbum Dei, sed in manifestatióne veritátis commendánte*s* nosmetípsos ad omnem consciéntiam hóminu*m* coram Deo. Quod si étiam opértum est Evangélium nostrum : in iis, qui péreunt, est opértum : in quibus Deus huius sáculi excécávit mente*s* infidélium, ut non fúlgeat illis illuminátio Evangélii glóriæ Christi, qui est imágo Dei. Non enim nosmetípsos prædicámus, sed Iesum Christum Dóminum nostrum : nos autem servos vestros per Iesum : quóniam Deus, qui dixit de ténebris lucem splendéscere, ipse illúxit in córdibus nostris ad illuminatióne*m* sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Iesu. Omnia enim propter vos : ut grátia abúndans, per multos in gratiárum actione, abúndet in glóriam Dei. Propter quod non defícimus : sed licet is, qui foris est, noster homo corrupátur : tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in praesenti est momentáneum et leve tribulatiónis nostræ, supra modum in sublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis, non contemplántibus nobis quæ vidéntur, sed quæ non vidéntur. Quæ enim vidéntur, temporália sunt : quæ autem non vidéntur, ætérna sunt.

Mes frères, investis du ministère apostolique selon la miséricorde qui nous a été faite, nous ne faiblissons pas ; mais nous repoussons de nous les passions honteuses qui se cachent, ne nous conduisant point avec artifice et n'altérant point la parole de Dieu, mais nous recommandant nous-même à la conscience de tous les hommes, devant Dieu, par la manifestation de la vérité. Si votre Évangile est encore voilé, c'est pour ceux qui périssent qu'il est voilé, pour les infidèles dont le dieu de ce monde a aveuglé les esprits, afin que ne brille pas pour eux la lumière de l'Évangile de la gloire du Christ, qui est l'image de Dieu. Car nous ne nous prêchons pas nous-mêmes, mais Jésus-Christ notre Seigneur, et nous, nous sommes vos serviteurs, en Jésus ; parce que le Dieu qui a dit à la lumière de resplendir du sein des ténèbres, a fait luire aussi sa clarté dans nos cœurs, pour que nous fassions briller la connaissance de la gloire de Dieu, qui est sur la face du Christ Jésus. Car toutes choses sont pour vous, afin que la grâce, en se multipliant, fasse abonder les actions de grâces d'un grand nombre, pour la gloire de Dieu.

C'est pourquoi nous ne perdons pas courage ; mais bien qu'en nous l'homme extérieur se détruise, cependant l'homme intérieur se renouvelle de jour en jour. Car notre légère tribulation du moment présent produit pour nous le poids éternel d'une sublime et incomparable gloire ; pour nous qui ne considérons point les choses visibles, mais les choses invisibles, car les choses visibles sont temporelles, mais les invisibles sont éternelles.

GRADUEL Psaume 72, 21 ; Psaume 68, 10 / Isaïe 49, 2

Inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt : zelus domus tuæ comédit me. *Ÿ*. Pósuit os meum quasi gládium acutum : in umbra manus suæ protéxit me, et pósuit me sicut sagíttam eléctam.

ALLÉLUIA *Psaume 70, 7*

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Tamquam prodígium factus sum multis : et tu adiútor fortis. Allélúia.

Mon cœur s'est enflammé et mes reins ont été altérés : le zèle de votre maison m'a dévoré. *Ÿ*. De ma bouche il a fait un glaive acéré ; il m'a abrité à l'ombre de sa main et il a fait de moi comme une flèche de choix.

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Je suis devenu pour beaucoup comme un prodige ; et vous, vous êtes un puissant secours. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 25, 14-23*

In illo témpore : Designávit Dóminus et álios septuagínta duos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite : ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portare sáculum neque peram neque calceaménta ; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite : Pax huic dómui : et si ibi fúerit filius pacis, requiéscet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt : dignus est enim operárius mercede sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis : et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis : Appropinquávit in vos regnum Dei.

En ce temps-là, le Seigneur désigna encore soixante-douze autres disciples et les envoya devant lui, deux à deux, dans toutes les villes et dans tous les lieux où lui-même devait aller. Il leur dit : « La moisson est abondante, mais les ouvriers sont peu nombreux. Priez donc le Maître de la moisson d'envoyer des ouvriers dans sa moisson. Allez ! Voici que je vous envoie comme des agneaux au milieu des loups. Ne portez ni bourse ni sac ni chaussures, et ne saluez personne en chemin. Dans quelque maison que vous entriez, dites d'abord : "Paix à cette maison." Et s'il s'y trouve un enfant de paix, votre paix reposera sur lui : sinon elle reviendra sur vous. Demeurez dans cette maison, mangeant et buvant ce qu'il y aura ; car l'ouvrier mérite son salaire. N'allez pas de maison en maison. Dans quelque ville que vous entriez et où l'on vous recevra, mangez ce qui vous sera présenté, guérissez les malades qui s'y trouveront et dites-leur : "Le royaume de Dieu s'est approché de vous." »

OFFERTOIRE *Colossiens 1, 25*

Christi factus sum ego minister
secúndum dispensatiónem Dei, quæ
data est mihi, ut ímpleam verbum Dómini.

SECRÈTE

Súscipe, Dómine, oblatiÓnem mundam
salutáris hóstiæ : et præsta ; ut,
intercedente beáto Ioánnē Confessóre tuo,
úbique géntium iúgiter offerátur. Per
Dóminum.

Mémoire des saints Denis, Rustique et Éleuthère.

Obláta tibi, Dómine, múnera pópuli tui,
pro tuórum honóre Sanctórum,
súscipe propítius, quæsumus : et eórum
nos intercessióne sanctífica. Per
Dóminum.

COMMUNION *Philippiens 3, 7*

Quæ mihi fúerunt lucra, hæc arbitrátus
sum propter Christum detriménta.

POSTCOMMUNION

PretiÓsi córporis, et sánguinis tui sacris
refécti mystériis, Dómine, adprecámur
: ut beáti Ioánnis Confessóris tui exémplo,
studeámus confitéri quod crédidit, et
ópere exercére quod dócuit : Qui vivis.

Mémoire des saints Denis, Rustique et Éleuthère.

Je suis devenu le ministre du Christ
selon la charge que Dieu m'a donnée
d'annoncer pleinement la parole de Dieu.

Accueillez, Seigneur, la pure offrande
de l'hostie salutaire ; et faites que, par
l'intercession du bienheureux Jean, votre
confesseur, elle soit sans cesse offerte
parmi toutes les nations. Par...

Recevez favorablement, nous vous en
prions, Seigneur, les dons de votre
peuple qui vous sont offerts en l'honneur
de vos saints, et sanctifiez-nous par leur
intercession. Par...

Les choses qui avaient été pour moi des
gains, je les ai regardées comme une
perte à cause du Christ.

Réconfortés par les mystères sacrés de
votre corps et de votre sang, nous
vous demandons avec instance, Seigneur,
qu'à l'exemple du bienheureux Jean, votre
confesseur, nous nous appliquions à
professer ce qu'il a cru et à mettre en actes
ce qu'il a enseigné. Vous qui...

Sumptis, Dómine, sacraméntis,
quæsumus : ut, intercedéntibus beátis
Martýribus tuis Dionýsio, Rústico et
Eleuthério, ad redemptiónis æternæ
proficiámus augméntum. Per Dóminum.

Ayant reçu ces sacrements, nous vous
en prions, Seigneur : que par
l'intercession des bienheureux martyrs
Denis, Rustique et Éleuthère, nous
obtenions un accroissement de l'éternelle
rédemption. Par...